

De servis Dei, qui cum fama, et celebri apud multos
 sanctitatis opinione in domino moriuntur, plurima
 videntur quæri posse; nisi infra scripta occurrerent.

(10)

1. *An in ipso obitu, liceat omittere consueta ecclia officia, et preces pro defunctis.*
2. *An liceat, eorum corpora in duere vestibulis magis pretiosis, quam eorum status et conditio ferat, et usus communis postulat.*
3. *An liceat ea sepelire in loco valde conspicuo et sanctiori, et forma ac modo peculiari ad sanctitatem in diandam.*
4. *An liceat sepulcrum seu arcam aperire ad corpus ostendendum venerationis, seu pietatis causa.*
5. *An liceat ponere ad sepulcrum cereos seu lampades ardenes*
6. *An liceat proprium sacellum extruere.*
7. *De elogijs et inscriptionibus sepulchrorum.*
8. *De laudationibus in eorum funere et anniversarijs.*
9. *An liceat eos publice appellare cum gratulatione beati aut sancti.*
10. *An liceat fidelibus ad eorum sepulchra genua flectere, eos qz venerari et inuocare*
11. *An eorum imaginem liceat depingere.*
12. *An cum splendore et radijs et diademate,*
13. *An eandem imaginem in ecclia ponere liceat*
14. *An in loco etiam valde insigni.*
15. *An etiam in altari ubi celebratur*
16. *An eiusm imagines picta, aut in aere incisa, publice diuendi possint*
17. *An vita imprimi et per vulgari*
18. *An liceat ad sepulcrum tabellas et imagunculas ex cera aut argento suspendere ad beneficia accepta restificanda.*
19. *An ex reliquijs corporum, aut ex indumentis, seu alijs monumentis dare liceat et ad egrotos transmittere.*
20. *De miraculis qua nuntiantur, an sint examinanda et approbanda*
21. *An petitio quod ex his qua supra sunt descripta, multa facere liceat; An inquam quibus id possit, exempli causa, Parochus, Abbas monasterij; An Episcopi auctoritas requiratur.*
22. *An ea qua licent simul omnia sint facienda, an potius paulatim, prout fama sanctitatis et miraculorum augetur.*
23. *An liceat anniversarium diem festum ducere, aut quid in eo agere liceat.*



24 De templis, altaribus, missa sacrificio, et Sonis canonicis, non videtur in dubium
reuocandum, cum satis manifestum sit non licere, nisi pro solis canonizatis, aut ex
speciali in dicto sedis apostolicae.

25. An in hac materia locum habeant quae decernuntur a sacra Tridantina synodo, ses. 25.
de ueneratione sanctorum, et sac. reliq. et imaginibus, praesertim in eo genere, ne in solita imago
ponatur in ecclesia, nisi approbata ab Episcopo.

26. De nouis miraculis et nouis reliquijs non recipiendis nisi approbante Episcopo ex Theologorum consilio.

27. De grauioribus dubijs in concilio prouinciali proponendis.
ac etiam de summo Pontifice consulendo.

Ex quibus videntur remedia confici, atq. adhiberi posse, ne nimia facilitate homines beatificent
et quodammodo in canonizando iudicium sedis apostolicae praesentetur: ex altera v. parte
ratio praescribitur qua insignes sanctitate viri, meritis honoribus non priuentur.

Manu propria
mi. Dni. nostri.

Non vogliamo trattare di quelli, oue sono breui di Lapi nri predicatori, ne di quelli che ab immemo
nali tpeae sono venerati como beati, ma de moderni, e di quelli che si debbe auerare in futuro.





Handwritten text in cursive script, oriented vertically below the stamp.



r los puntos q' dio el papa para
ver lo q' se puede hacer con los m-
signos vacuos q' estan canonicados